4to. De morbis oris, labiorum; de ulceribus carcinomatoſis; de extirpatione, de labio leporino natali, aut accidentali: de ulceribus fungoſis gingivarum; de inflammatiône palati; de uvula, glandulis amygdalis, & tonſillis; de eſquinantia inflammatoria aut humorali, & de operatione. *Bronchotomiæ.*

5to. De morbis mammarum; de depoſitione lactis poſt partum; de abſceſſu; de ulceribus, contuſionibus, obſtructionibus glandularum; de cancro occulto & aperto, illiuſq; extirpatione; de vulneribus pectus penetrantibus, cum læſione partium internarum; de variis extravaſationibus, & de operatione *Empiematis.*

6to. De vulneribus imi ventris penetrantibus in cavitatem, aut non; de iis quæ contingunt cum, aut ſine læſione: cum, aut ſine exitu partium internarum. *De operatione Cæsariana*, & de *Gaſtroraphia*; de variis effuſionibus; de Hydropiſi generatim; de *Aſcite* in ſpecie & de *Para-*

3tio. *O chorobach nosa; o jamkach nozdrzowych, o wrzodach, krwotoku, naroſtkach polipiaſtych, onych gatunku, i ſpoſobie nayużywańſzym leczenia.*

4to. *O chorobach uſt, warg; o wrzodach karcynomatycznych i wygubieniu onych, o rozdwojeniu warg naturalnym i przypadkowym, o wrzodach grzybkowatych na dziąſłach, o zapaleniu błonki podniebienia i. t. d. o Skwinancyi na reſzte dwojakiey, i o operacyi Bronchotomia zwaney.*

5to: *O chorobach pierſi niewieścich, o zſiadaniu ſię mleka po porodzeniu, i wylewie; o wrzodach, ſtłuczeniach, zatkaniu gruczołów, o raku taynym i wyraźnym, i o wygojeniu onego; o wrzodach do wnętrza pierſi ſięgaiących, z zepſuciem części wnętrznych; o różnych extrawazacyach i o Operacyi* Empiematyczney.

6to. *O ranach niżſzego żołądka, które przechodzą, lub nie, do środka onego; które są z naruſzeniem, lub bez naruſzenia: z wyiściem, lub bez wyiścia części wnętrznych. O operacyi* Cezaryana *zwaney, i Gaſtrorafii, czyli ſzwach-brzucha; o rozmaitych rozlaniach krwie, humorów, lub ropy; o pu-*

cen-

centheſi; de Herniis in genere, quæ nomina potiuntur, quibus ex viſceribus formantur, in quibus locis apparent, quæ earum ſigna, cauſæ, effectus & modus tractandi, deq; operatione *Bubonocele* dicta.

7mo. De morbis viarum urinæ; de Diſuria, Stranguria, Iſchuria; de calculo renum & veſicæ; de Cateriſmo; de operatione Lythotomiæ; de diverſis modis operandi uſitatiſſimis tam antiquorum, quam modernorum, de Phymoſi, Paraphymoſi; de fiſtula completa & incompleta ani.

8vo. De Anevriſmate in genere in arcu aortæ, in ſpecie de anevriſmate brachii; de vulneribus ab ictu armorum; de gangrena ſicca & humida, & de ſphacello; de diverſa methodo amputationis; de Pancretia; de faſcijs & apparatu uſitatiſſimo in qualibet operatione.

9no. Denique de extirpatione glandularum, & variis tumoribus, habita ratione voluminis earum, materiæ, & ſitûs ſupra truncos arteriarum ſpeciatim, aut ad majores nervos & tendi-

chlinie w powſzechności, a ſzczegulnie o wodney puchlinie brzucha, i o operacyi pompowania, parasentheſis *zwaney: o rupturach ogulnie, o rozmaitych onych nazwiſkach, gatunkach, mieyſcach, znakach, przyczynach, ſkutkach, i ſpoſobie leczenia: naoſtatek o operacyi* Bubonocele zwaney.

7mo: *O chorobach kanałów urynnych*; o Dizuryi, Stanguryi. i Jzuryi; *o kamieniu nerkowym i pęcherzowym; o* Kateteryzmie, *operacyi* Litotomiczney, *i rozmaitych ſpoſobach obeyścia ſię w tey mierze: wedle różnych Autorów dawnych i teraznieyſzych, o* Fimozie, Parafimozie; *o fiſtule odchodowey zupełney i niezupełney.*

8vo. *O* Anewryzmie *w powſzechności w zachyleniu aorty, a w ſzczegulnaści o anewryzmie ramienia: o ranach od broni ogniſtey: o gangrenie* suchey *i wilgotney; o ogniu piekielnym, i o różnym ſpoſobie ucinania części zarażonych; o zanogcicy; na reſztę o bandażach i przygotowaniu nayużywańſzym w każdey operacyi.*

9no. *O wyrznięciu gruczołów, różnych narośli, względnie na wielkość onych, materyą, mieyſce, zwłaſzcza ieśli są na wielkich jakich kanałach, albo bliſkie grubſzych nerwów, lub*

nes: quæ positiones, exigunt ut plurimûm dexteritatem operatoris; De Cauteriis ultimò & setaceis, deque vario modo inoculisationis variolarum.

Nicolaus Regnier S. R. Majestatis Consiliarius Academiæ Chirurg: Reg: Paris: Coresspond: Chirurgiæ Theoreticæ & artis obstetriciæ Publicus Professor: Data descriptione & historia morborum, qui objectum Chirurgiæ constituunt, tractabit primò de vulneribus in genere, & in specie: de hemorragia tandem; de dolore & tensione nervorum; de contusionibus, fracturis &c. Tractatû de vulneribus absoluto, transibit ad tractatum de ulceribus, daturus accuratam descriptionem, unâ cum methodo maxime usitata, illa tractandi: interserendo observationes & animadversiones ad diversa capita relatas, ex scriptis celeberrimorum authorum excerptas, atque captui auditorum accomodatas.

Lectiones suas de morbis Chirurgicis instituet, diebus Lunæ Martis & Jovis, ab instauratione studiorum Academicorum, ad usque Mensis Aprilis initium; a quo tempore, ad ferias usque, artis obstetriciæ lectionibus vacabit. sequentem observa do

ściągaczów: te albowiem położenia, wyciągają wielkiey ostrożności i zręczności Chirurga. Zakończy kurs nauką o kauteryach, i zawłókach, oraz o rozmaitym sposobie szczepienia ospy.

Mikołay Regnier *Konsyliarz J. K. Mci, Akademii Królewskiey Chirurgiczney w Paryżu Korrespondent, Theoryczney Chirurgii i sztuki położniczey publiczny Nauczyciel: pocznie od opisania i Historyi dokładney chorób Chirurgicznych; po czym, o ranach w powszechności mówić będzie, i o każdym gatunku szczegulnie, z dodatkiem o Hemorragii, bolu, i natężeniu nerwów; o stłuczeniach, śiniznach, złamaniach, i. t. d. Posledniey traktować będzie o wrzodach, dając dostateczną onych znajomość, i sposób nayużywańszy leczenia; przyłączy ściągające się do tego wszystkie uwagi i obserwacye, wybrane z pism nayslawnieyszych Autorów, i do poięcia uczniów stosownie wytłumaczyć one, starać się będzie.*

Lekcye o chorobach Chirurgicznych, dawać będzie w Poniedziałek, Wtorek i Czwartek po obiedzie, od otwarcia Akademii począwszy, aż do początku Kwietnia: od Kwietnia zaś, aż do końca Lipca, sztuki położniczey nauczać będzie naslępuiący zachowując porzą-

ordi

ordinem. De origine artis diſſeret, ac de methodo illam tractandi apud Hæbreos, Ægiptios Grecos, Romanos, Arabes & modernos uſitata, adjiciens noticiam authorum, qui de arte obſtetricia ſcripſerunt poſt Hypocratem, ad noſtra uſq; tempora, ipſorum ſcripta & inventa declarando.

Huic doctrinæ ſuccedet Tractatus generalis de iis, quæcunq; hanc artem concernunt;

Generalibus principiis luculentiſſime expoſitis; ad mentem celeberrimorum hac in re Authorum, docebit de vario ſitu & poſitionibus, in quibus infantes partûs tempore comparere ſolent; tum de modo procedendi, de neceſſarjis auxiliis, & præcautionibus ad arcenda pericula, vitamque parturientium & infantum conſervandam; denique exactam dabit deſcriptionem eorum omnium, quæ mulieribus accidere poſſunt, ante, poſt, & ipſo partûs tempore, cum remediis convenientibus iuxta artis methodum, innixam principiis & obſervationibus Authorum in arte obſtetricia verſatiſſimorum; Hæc denique omnia majoris commodi & profectûs diſcentium gratiâ, praxi repetita confirmare ſtudebit.

dek: o początku nayprzòd tey ſztuki opowie i o ſpoſobach babienia u Zydów, Egipcyan, Greków, Rzymian, Arabów, i za naſzych czasów używanych, łącząc wiadomość autorów, którzy o ſztuce położniczey piſali począwſzy od Hipokrateſa, aż do czasów teraznieyſzych; Piſma ich wymieni, i co który w tey mierze wynalazł, nauczy.

Po tey nauce naſtąpi druga, o tym wſzyſtkim, co ſię do tey ſztuki ściągać może

Po wyłożeniu zaś tych wiadomości: jak naydokładniey, za przewodnictwem naylepſzych w tey mierze Autorów, przyſtąpi do opiſania różnych odmian i pozytur, w których niemowlęta w czaſie porodzenia z wnętrzności matek wychodzą. Po tym nauczać będzie o ſpoſobach poſtąpienia w tym razie, o potrzebney pomocy i oſtrożnościach, dla uchylenia niebeſpieczeńſtwa, i zachowania w życiu tak rodzących ſię dzieci, jako też rodzące matki. Nakoniec dokładne da opiſanie tych przypadków, jakie położnicom nadarzać ſię mogą, przed, w czaſie, i po porodzeniu, przepiſując wraz ſłużące w tych okolicznościach lekarſtwa, wedle reguł nauki, zaſadzaiącey ſię na zdaniu i doświadczeniach Autorów, w ſztuce położniczey naybiegleyſzych. I to

Nicolaus Tomaszewski AA. LL. & Philoſophiæ Doctor, vice prof: Math: & Secretarius Collegii Phyſici: diebus Lunæ, Mercurii & Veneris, horis pomeridianis, Matheſeos elementaris lectiones traditurus, inchoabit ab Analyſi: Cujus rudimentis primis, Prolegomenon loco, breviter expoſitis, ac capitibus, de potentiis, earum expreſſione: de extractione radicum & calculo earum, diſcuſis: elementa algebræ fuſiús explananda ſtatuit. Cl. Clairaut ductum ſequuturus. Tandem præmiſſo tractatu de Logarithmis & ſeriebus, ex elementis Cl. de la Caille: ejuſdem Geometriam elementarem, Solidometriam, ac Trigonometriam demonſtrabit: tantum in iis ſtudii & temporis collocando, quantúm auditorum capacitas exiget: eorum utpote, qui elementis geometriæ inſtructi, ex ſcholis Propalatinis ad univerſitatis auditoria paſſum faciunt. Reliquæ Lectiones tradentur de Sectionibus conicis, quæ limites curſûs præſcribendo, finem lectionibus Matheſeos elementaris imponent.

wſzyſtko naoſtatek, dla większego pożytku i łatwieyſzego uczniow pojęcia, częſto praktyką potwierdzi i objaśni.

Mikołay Tomaszewski *Nauk wyzwolonych i Filoz: Doctor, vice Profeſsor Matem: i Sekretarz Col: Fizycznego: w Poniedziałek, Srzodę i Piątek po obiedzie, mający dawać Lekcye Matematyki elementarney, pocznie od Algebry; którey, na wſtępie, przełożywſzy pokrótce pierwſze wiadomości i reguły: oraz wytłumaczywſzy o ſtopniach i onych rozmaitym wyrażeniu, o pierwiaſtków wyſzukaniu i ſpoſobie zrachowania onych; poſtanowił obſzernie wykładać początki Algebry, za przewodnictwem dzieła P. Clairaut idąc, Poczym traktat o Logarytmach i ſzeregach naſtąpi: a po nich Gemetryą, Solidometryą i Trigonometryą tłumaczyć będzie: tyle na to uſiłowania i czaſu łożąc, ile będzie wyciągała potrzeba i wzgląd na uſpoſobienie ſię Słuchaczów, którzy ze Szkoł Wydziałowych przychodząc, wiadomość tych rzeczy, tam już nabytą mieć powinni. Oſtatni traktat zaymą ſekcye koniczne, które kurſowi granice kładąc, lekcyom też koniec uczynią.*

PRO-

PROSPECTUS LECTIONUM.

IN COLLEGIO MORALI

GVILLELMUS KALINSKI C. M. Sacræ Theologiæ Doctor, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ac Theologiæ Moralis publicus Profeſſor, diebus Martis, Jovis & Saturni mane, geſta Eccleſiæ, ſuis ſeculis diſtincta, quæ ejus incrementa, doctrinam, leges, diſciplinam ac mores ſpectant, certa à dubiis, hiſtorica à fabuloſis, genuina à comentitiis, juxta ſanioris Criticæ regulas ſecernens, ſtrictim exhibebit. Notabiliora vero hiſtoriæ capita ſeparatis diſſertationibus illuſtrabit.

Idem Moralis Theologiæ prælectiones de Ordinis & Matrimonii Sacramentis, de virtutibus Moralibus, & ac de præcipuorum ſtatuum obligationibus inſtituet.

CORNELIUS POCAŁOJEWSKI SS. Canonum Doctor, eorumq; & proceſsûs fori Eccleſiaſtici publicus Profeſſor, diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris mane præleget Titulos Juri & rationi Ca-

UKŁAD LEKCYI

w KOLLEGIUM MORALNYM.

GWILHELM KALINSKI C. M. *S. Theologii Doktor, Hiſtoryi Kościelney i Teologii Moralney publiczny Profeſsor, we Wtorek, Czwartek i Sobotę z rana dzieje Kościoła na wieki podzielone, ściągające ſię do jego wzroſtu, nauki, praw, karności i obyczajów, rzeczy pewne od wątpliwych, hiſtoryczne od bajecznych, prawdziwe od zmyślonych, podług reguł zdrowey krytyki oddzielając, w krótkości wykładać będzie. Znacznieyſze zaś Hiſtoryi dzieła udzielnemi dyſsertaciami objaśni.*

Tenże lekcie Moralney Teologii o Sakramentach Kapłaństwa, i Małżeńſtwa, o cnotach Moralnych i o znacznieyſzych ſtanów obowiązkach dawać będzie.

KORNELIUSZ POCAŁOJEWSKI *Praw Kościelnych Doktor, tychże Praw i Proceſsu Duchownego publiczny Nauczyciel, w Poniedziałki, Srzody, i piątki, zrana tłumaczyć będzie Tytuły Prawa Ka-*

nonicæ conformes: & quoniam novum curſum eſt auſpicaturus, exordium ſumet à præfatione, in qua exponet ordine ea omnia, quæ animos Tyronum apta ſunt præparare ad conquirendas intimiores hujus argumenti notiones. Ad id appoſitè ſtatutâ inprimis definitione *Juris* in generali, adferet dimanantes exinde diviſiones, quæ partientur jus hocce, nimirum, in *naturale, poſitivum, Divinum, humanum, gentium, & civile* ac tandem titulo peculiari exhibebit naturam *Juris Canonici*, ejuſq, codices conficientes totum regularum Eccleſiaſticarum corpus, quale hodie in Scholis & foro circumfertur, indicabit ſigillatim; titulis verò ſequentibus, qui ſunt, de *jure Divino, conſvetudine, & conſtitutionib9*, item de *Eccleſiaſticis conſtitutionibus*, determinabit accuratiùs partes Juris canonici communis.

Cùm verò res Eccleſiaſticæ & Judicia ejuſdem jurisdictionis referantur ad perſonas, (quæ diviſio objecti juris civilis circa tria: perſonas ſcilicet, res, & judicia, aptatur etiam Juri Canonico) hinc primo loco aget de *Perſonis*, quarum causâ cætera illa, nempe res, & judicia ſunt conſtitutæ, & per quas ea omnia adminiſtrantur. Sum-

nonicznemu przyzwoite, i ſpoſobem, przedſięwziętey nauce właściwym: a ponieważ nowy kurs ma rozpocząć, w przedmowie wyłoży porządkiem to wſzyſtko, co uczniów umyſły ſpoſobić może do ſzukania dalſzych w tey materyi wiadomości: ſtoſownie do tego opiſawſzy, naprzód naturę Prawa *w powſzechności, przywiedzie wypływające z tąd podziały, ktòremi ſię różnią między sobą, Prawa* wrodzone, piſane, Boſkie, ludzkie, Narodòw, i cywilne, *a potym w tytule oſobnym określi* Prawo Kościelne, *czyli Kanoniczne, i Kſięgi, z ktòrych ſię ſkłada całe* corpus *Praw tey natury, jakie dziś w Szkołach, i Sądach jeſt używane, wyſzczególni; w naſtępujących zaś Tytułach* o Prawie Boſkim, zwyczajach i uſtawach, *jako też* o uſtawach Kościelnych *dokładniey wyrazi części Prawa Kanonicznego powſzechnego.*

Ponieważ zaś rzeczy Kościelne i sądy teyże juryzdykcyi ſtoſują ſię do osób (ktòry podział objektu Prawa Cywilnego około troyga, to jeſt: osób, rzeczy, i sądów ſłuży ròwnie Prawu Kościelnemu) przeto naprzód będzie traktować o osobach, *dla ktòrych Sądy i rzeczy są uſtanowione, i przez ktòre oſoby to ſię wſzyſtko sprawuje. A poczowſzy od Rzymſkie-*

men-

mendo itaq; initium á *Romano Pontifice & Epiſcopis*, tranſibit ad alios gradus maximarum in Eccleſia dignitatum, veluti *Archiepiſcopalis, Primitialis, Patriarchalis*, & *Cardinalitiæ;* poſt hæc tractabit de modo promotionis ad haſce dignitates, differendo ſingularibus titulis *de electione* & triplici ejus forma Eccleſiaſticis conſtitutionibus prodita, item *de poſtulatione*, ejuſq; requiſitis, *de confirmatione electionis*, ſive nominationis, *de conſecratione, ac de receptione, & auctoritate Pallii.*

His ſuccedent, qui unà cum Epiſcopo in officio Paſtorali onus ferunt, ut ſui Prælati valeant ſolicitudinem sublevare, quales ſunt: *Archidiaconus, Archipreſbyter, Vicarius, Coadjutor*, de quorum omnium officiis, quid ſacræ regulæ ſtatuunt; ſubiiciet. Sicut autem ſuperiùs poſiti tituli de electione, poſtulatione, cæteriq; his ſuccedentes exprimunt fædus ſpiritualis conjugii, quod inter Epiſcopum & Eccleſiam contrahitur, ita poſtea in medium proferet, qua ratione tale conjugium diſſolvi, præter mortem, conſvevit; hinc diſceptabit *de translatione, renuntiatione, & depoſitione* ſeu *degradatione.*

Accedet deinde *ad Sacerdotes*

go Papieża i Biſkupów, *przeydzie potym do innych ſtopniów wyſokich w Kościele doſkojeńſtw, jako to* Arcy-Biſkupòw, Primasòw, Patriarchów, i Kardynałów; *toż pokaże ſpoſoby poſtąpienia na te godności, mòwiąc* o obieraniu, *i trojakiey jego formie z uſtaw Kościelnych podaney, jako też* o poſtulacyi, *i kondycyach do tey*, o potwierdzeniu objerania *czyli podawania*, o poświęceniu, i o wzięciu, i powadze Palliuſza.

Naſtąpią za tym, którzy weſpół z Biſkupem urzędu Paſterſkiego ciężar dzwigaią, dla ulżenia pracy ſwojemu zwierzchnikowi, jacy są: Archidiakon, Archipreſbiter, Wikaryuſz, *czyli Namieſtnik*, i Koadjutor, *o których obowiązkach, co święte prawidła ſtanowią, objaśni. Jako zaś wyżey wzmienione Tytuły o objeraniu poſtulacyi i inne tym przyległe wyrażają przymierze związku Duchownego, który zachodzi między Kościołem i Biſkupem, tak naſtępnie okaże, jakim ſpoſobem taki związek rozwięzywać ſię, pròcz śmierci, zwykł, i dla tego mówić będzie* o translacyi, renuncyacyi, i złożeniu czyli degradacyi.

Daley pòydzie do Kapłanów

in gradu inferiori conſtitutos, & illos miniſtros, qui licèt Sacerdotes non ſint, in majoribus tamen ordinibus ſunt poſiti, nec non ad eos, *qui circa humiliora in Domo Dei neceſsarium famulatum exhibent*, minimè prætereundo *communia tam majorum, quam minorum ordinum, vitam & honeſtatem Eccleſiaſticorum*, unà cum opportuna ad subjectam materiam monitione, *qui* nimirum & ob quas cauſas *promoveri non poſsunt*. Ex hoc autem, quod tam conſtitutis in dignitatibus Eccleſiaſticis, quàm cæteris Clericis comperto ſit cohærere, ut Præbendas vel beneficia reſpectivè obtineant, appoſitè hic adiiciet tractatum de re beneficiali; & dicet imprimis *de præbendis, & aliis beneficiis*, tum de eorum collationibus, à quibus nimirum concedi poſſunt (hic ſpecialiter de beneficiis ſedi Apoſtolicæ reſervatis) item *de inſtitutionibus & jure patronatus*, deniq; addet de obligatione, quæ tenet Prælatos, cæterosq; Eccleſiaſticos, ut penes ſuas Prælaturas ſuaq; beneficia permaneant aſſidui, & ad hunc finem explanabit titulum *de Clericis non reſidentibus*. Poſtremo & ultimo primæ partis Prælectionum Canonicarum capitulo deveniet *ad Regulares & Monachos*, ubi de his, quid SS.

niżłzych, *i owych* Miniſtrów, *którzy lubo nie są Kapłanami*, w wyżſzym atoli zoſtają święcenia ſtopniu; *jako też i do tych, którym zabawy są wydzielone w Domu Bożym* około mnieyſzych w prawdzie, potrzebnych poſług wſzakże, *nieopuſzczając* rzeczy spólnych większym i mnieyſzym ſtopniom, przyſtoyności życia osób Duchownych, *z potrzebnym oraz oſtrzeżeniem, ktòrzy i dla jakich przyczyn* święceni być niemogą. *Z tego zaś, że tak do poſtawionych w godnościach Kościelnych, jak do innych Duchownych lub Kleryków ieſt przywiązano, prebendy poſiadać, albo beneficia; przyzwoicie wypada, aby natym mieyſcu przyłączył traktat* o beneficiach; *naprzòd więc powie* o prebendach i innych beneficiach, *toż* o kollaciach, *od kogo te beneficia konferowane być mogą (a tu ſzczegulniey o beneficiach Stolicy Apoſtolſkiey zachowanych) także* o konſtitucyach, i prawie podawania, *to jeſt*, de Jure patronatus; *a na oſtatek przyda obowiązki Prałatów i innych Duchownych bawienia ſię, czyli przemieſzkiwania nieprzerwanego na mieyſcu ſwoich Prelatur, i ſwoich Beneficiòw, na ktòry koniec przytoczy tytuł o* Klerykach nierezyduiących. *W oſtatnim pierwſzey*

Legi-

Legibus proditum eſt, haud omittet adducere.

Michael Franciscus Karpowicz S. Theologiæ Doctor ejuſque actualis publicus Profeſſor, Eccl: Coll: Poſnan: honorarius Canonicus, Præpoſitus Grażyſcenſis & Prenenſis Curatus diebus Martis, Jovis & Saturni, manę lectiones traditurus.

I. Religionem, ac Eccleſiam, ponet objectum totius anni lectionum. Cum autem incredulitatis vitiô impias undiq; laceſſetur blaſphemiis Fides Chriſti, ejuſq; dogmatica ac moralis Doctrina, muneris ſui eſſe indiſpenſaliter arbitratur, demonſtrare. *1mo.* Veram ac genuinam Religionis definitionem in genere. *2do.* Inditam eſſe a natura homini religionem, quam ſequi debeat: Potuiſſe Deum, præter cultum ſui, a natura imperatum, cultum alium poſitivum, seu ex parte Dei ipſius arbitrarium præſcribere, imo debuiſſe Deum certas cultûs ſui leges præſcribere, unde non poſſibilis tantum, sed & Divinis attributis omnimodè congrua eſt religio revelata. Religio etenim naturalis, tantopere ab impiis præ-

części Prelekcyi Kanonicznych rozdziale przyſtąpi do Zakonników, gdzie o tych, co Prawem Kanonicznym ieſt podano, przyprowadzić nie omieſzka.

Michał Franciszek Karpowicz S. Teol: Doktor i Publiczny iey Profeſſor, Kollegiaty Poznańſkiey Kanonik, Proboſzcz Grażyſzki i Preńſki. We Wtorek, Czwartek i Sobotę rano mając dawać lekcye.

I. *Traktat o Religij i Kościele za materyą lekcyi ſwych wezmie. Ponieważ zaś bezwiarków tłumy powſtają zewſząd, bluźnią i znieważają Chryſtuſa religią i prawą wiary jego i obyczajów naukę, za iſtotną więc urzędu ſwojego bierze powinność, ukazać dowodnie.* 1mo. *Prawdziwą i rzetelną religii definicyą w powſzechności.* 2do. *Ze przyrodzenie ſamo ukazało człowiekowi religią, którey ſię trzymać ma, i że mógł Bóg, prócz czczci nam od przyrodzenia nakazaney, wedle upodobania, przypiſać inny wielbienia ſiebie ſpoſób, owſzem że powinien był Bóg, pewne uczczenia ſiebie podać Prawa. Idzie zatym, że nie tylko być może, ale że i z Boſkiemi przymiotami zupełnie zgodna ieſt religia objawiona. Przyrodzona albowiem*

lentis sæculi, jactitata insufficiens est, ad perfectam humani generis felicitatem, sive in cognitione plurium veritatum valoris maximi, sive in regulis moralibus, societatem humanam ac politicam dirigentibus, sive in ordine spei vitæ æternæ, præmii, aut pœnæ, originis mali moralis, obligationum deniq; respectu Dei, respectu proximi, ac respectu sui ipsius. 3tio. Dari proinde religionem revelatam, quæcunq; tandem, aut ubicunq; illa sit: nec fuisse unquam tempus, quo mundus esset absq; revelatione, ac ab initio mundi, diuq; proin ante Moysis tempora, legem omnibus propositam, cujus beneficio potuerint, qui velint, à vero & recto non deficere.

II. Quoniam assertæ veritates, supponunt quædam fundamenta, quæ eas invincibiliter fulciant ac in eluctaciliter necessarias reddant, 1mo. Dari antecedenter ad positivas quascunq; Dei & hominnm leges, opera de se bona, & de se mala. 2do. Exigere Ordinem, ut sua virtuti merces, sua etiam vitio pœna, post hujus vitæ exitum respondeat. 3tio. Animam humanam esse, ac debere esse immor-

religia, do' którey tak się wieku naszego bezbożni odwołują, jest niedostateczną ludziom do uszczęśliwienia doskonałego, bądź to w poznaniu wielu prawd wagi naywiększey, bądź w regułach moralności towarzystwo ludzkie i polityczne utrzymujących, bądź w porządku nadziei żywota wiecznego, nadgrody lub kary; początku złego moralnego, obowiązków naostatek względem Boga bliźniego i samego siebie. 3tio: *Że musi być przypuszczona objawiona religia jakakolwiek ona, i gdziekolwiek iest, i że niebyło żadnego czasu, w którym świat był bez objawienia: że od początków świata, a przynaymniey bardzo dawno przed Moyżeszem, wszystkim było podane prawo, za którego powodowaniem mogli, którzy chcieli, od prawdy nieobłąkać się.*

II. *Ponieważ założone prawdy powinne mieć swoje fundamenta; na których się niewzruszenie wspierają, a tym samym stają się niezbitemi; ukaże* 1mo. *Że bez względnie na Boskie bądź ludzkie prawa, są sprawy z siebie dobre i z siebie złe.* 2do. *Że wypada z porządku, aby cnota nadgrodę, a występek karę po tym życiu odbierał.* 3tio. *Że dusza ludzka iest i powinna być nieśmiertelua.* 4to *Że żadnyn sposobem wzruszyć nie-*

ta-

talem. *ytò.* Pœnarum impiis conſtitutarum æternitatem, nulla ratione convelli, contra vero gravibus momentis fulciri. His demonſtratis, omnimodam religionis neceſſitatem adſtruet, obligationem ſtrictiſſimam inquirendi, quæ vera religio ſit, eamq; retinendi, demonſtrabit, atq; indifferentiam religionum, pernitioſam particularibus, & societati humanæ, contrariam rationi ſanæ, evertentem eo ipſò omnem religionem, ac univerſalem Atheiſmum & pyrhoniſmum inducentem evincet. Tandem contra libros nequiſſimos, impietatem docentes, auditores ſuos præmuniet, ut quiſq; eos pridem jam a Divo Paulo prædictos pacata mente recogitet, eorumq; authoritate minimè in fide ac pietate vacillet. *Innoviſſimis* (inquit) *diebus erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati ſuperbi, blaſphemi, Parentibus non obedientes ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis, quàm DEI. 2. ad Tim: 3.* Si quis hiſtoriam incredulitatis falſorum Doctorum bene noverit, ſi quis ſcriptorum blaſphemæ ac impiæ Philoſophiæ, moderni temporis vitam ac mores (Toti Europæ

można pewności wiecznych mąk bezbożnym przeznaczonych, wsparty na dowodach naymocnieyszych. Te prawdy gruntownie dowiodłszy, przełoży o konieczney zewszech miar potrzebie religii, oraz da naukę o nayściśleyszym obowiązku dociekania prawey religii i trzymania się oney: a obojętność w religii ukaże być szkodliwą, jak każdemu szczególnie, tak powszechnie całemu towarzystwu ludzkiemu, i przeciwną zdrowemu rozumowi, wywracającą tym samym wszelką religią, a w powszechny Ateizm i Pyrronizm wprowadzającą: poślednieyda naukę, o pismach bezbożności uczących i przeciwko nim słuchacza swojego uzbroi, aby wedle Pawła S. dawno o nich przepowiadającego, każdy trzymając, sądził o nich, a ich powagą w wierze się niechwiał, w ostatnie dni, *mówi on,* nastaną czasy niebeśpieczne, będą ludzie sami siebie miłujący chciwi, hardzi, pyszni, bluźnierce, Rodzicom niepostuszni, złoczyńcy bez miłości przyrodzoney, bez pokoju, potwarcy nieniepowściągliwi, nieskromni, bez dobrotliwości, zdraycy, uporni, nadęci roskoszy więcey miłuiący, niż Boga. 2. Timoth: 3. *Kto zna dobrze historyą niewierności fałszywych Doktorów, kto zayrzy na życie i obyczaje Europie ca-*

notos:) apprime ! perſpexerit, imaginem eorum, in verbis Apoſtoli deprehendet, ac facilè accuratam inveniet.

III. Cum religiones multæ, cultu & præceptis diſpares, ſeſe â DEO revelatas fuiſſe jactitent, nec tamen eò, quia in multis ſibi penitus contrariæ, omnes à DEO revelari potuerint, ideo inquirendi ſunt genuini revelationis Divinæ characteres, ſecundum quos ethnica superſtitio, paganorum politheiſmus, ac Mahometis ſomnia indigna demonſtrabuntur, ut á DEO poſſint revelata credi. Religionem autem a Moyſe promulgatam veram ac divinam fuiſſe, ac *1mo.* Moyſen verum hominem exitiſſe, non perſonam romanenſem ad libitum excogitatam. *2do.* Eum fuiſſe verum Authorem, ſive ille ſcriptor, ſive approbator ſit, voluminis, qui *Pentateuchi* nomine circumfertur, *3tio.* Volumen illud nullatenus adulterari, aut corrumpi eſſentialiter potuiſſe. *4to.* Librum illum corpus quoddam divini & humani juris conſtituiſſe, & nihil niſi DEO dignum proferre, eamq; legem Moſaicam, non niſi à ſolo Deo oriri potuiſſe, docebit. *5to.* Religionem Judaicam non in perpetuum conſtitutam eſſe, ſed poſt certum ac præfinitum

łey znajome Piſarzów bluźnierſtw i bezbożney Filozofii czasów teraznieyſzych, obraz ich znaydzie doſkonały w ſłowach Apoſtoła.

III. *Ponieważ rozmaite religie obrządkiem i nauką różniące ſię, objawionemi od Boga być ſię ſądzą, á wſzyſtkie przecie, jako będące ſobie w wielu rzeczach przeciwne, od Bóga objawionemi być niemogły, przeto ſzukane być powinne prawdziwe rewelacyi Boſkiey charaktery, wedle których zabobonności, wielobóſtwa Pogan i Machometa ukażą ſię być niegodnemi wiary, że od Boga są objawione; religia zaś od Moyżeſza ogłoſzona była prawdziwa i jedynie Boſka. Tu gruntowną da naukę, 1mo. Ze Moyżeſz był prawdziwie tym, jak o nim uczy hiſtorya święta, nie zaś oſobą romanſową wedle upodobania wymyśloną, 2do. Że on był prawdziwym Autorem, bądź jako Piſarz iey, bądź jako Approbator Kſiąg imieniem* Pentateuchu *zajętych, 3tio. Że te Kſięgi w iſtotnych mieyſcach ani zfałſzowanemi, ani zepſutemi być niemogły żadną miarą. 4to Że te Kſięgi Prawa Boſkiego ſkładami były, oraz prawdziwie Boſką naukę zawierały, i że to Moyżeſza Prawo jedynie od ſamego Boga początek wziąść mògło. 5to. Że religia Zydowſka nie na zawſze u-*

tem.

tempus abrogandam omnino fore, ac de facto jam abrogatam esse, ostendet, ubi religio Jesu Christi in salutem Orbis universi apparuit.

IV. Religionem Christi indubiè veram, Divinam, unicè salvificam, docebit, prælegendo argumenta desumpta. *1mo:* Ex necessitate religionis. *2do.* Ex Prophetarum oraculis. *3tio.* Ex miraculis ipsiusmet Christi. *4to.* Ex ejus vera ac indubia, reali, resurrectione à mortuis. *5to.* Ex Propagatione religionis Christi. *6to.* Ex Personis testium, Apostolorum, Eorumq; vita ac miraculis. *7mo.* Ex oraculorum ethnicorum silentio. *8vo.* Ex paganorum testimonio, deniq; ex Sanctitate Doctrinæ, quæ Regna mundi reddit tranquilla & felicia adeo, ut merito dixerit Montesquieu: Quod nullum majus nec prætiosius donum a Deo dari humano generi possit, revelatione Christi: præeunte Magno Augustino, dicente: *Nullæ majores divitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi hujus major substantia, quàm fides Catholica.* Quidquid igitur gens impia objiciet, quid quid prætensa Philosophia ex antiquis paganorum blasphemiis erutum,

stanowioną była, ale że po czasie pewnym zamierzonym nie odbicie miała być odrzucona, i że w rzeczy samey iuż iest odrzucona, skoro religia JEZUSA Chrystusa, dla zbawienia świata całego, ziawiła się.

IV. *Że religia Chrystusa, bez wątpienia prawdziwa, Boska, jedynie zbawienna, nauczać będzie, podając dowody.* 1mo. *Z potrzeby religii.* 2do. *Z wyroków Prorockich.* 3tio. *Z cudów samego Chrystusa.* 4to. *Z prawdziwego i wątpliwości niepodlegaiącego jego Zmartwychwstania.* 5to. *Z rozszerzenia Chrystusowey religii.* 6to. *Z osób świadków Apostołów; z życia ich i cudów.* 7mo. *Z milczenia wyrocznic.* 8vo. *Ze świadectwa Pogan.* 9no. *Na koniec z świątobliwości nauki, która Królestwa świata spokoynemi czyni i szczęśliwemi, tak dalece, iż sprawiedliwie rzekł* Montesquieu: *że żaden większy i droższy dar niemógł być dany rodzajowi ludzkiemu, nad rewelacyą Chrystusa. W czym poszedł za zdaniem Augustyna S. który mówi:* Zadne większe bogactwa, żadne skarby, żadne honory, żaden większy tego świata majątek nie iest, jako wiara Katolicka. *Cokolwiek więc tłuszcza bezbożnych zarzuca, cokolwiek mniemana filozofia z starożytnych pogańskich bluźnierstw*

impudicè, poſt tot reſponſiones obtrudet, omne id triumphum ac victoriam religioni Chriſti comparat, habita enim ratione soliditatis argumentorum pro veritate, ad imbecillitatem partis impiæ Athæorum, Deiſtarum, Libertinorum, aut cujuſcunq; tituli incredulorum, pro blaſphemia jure merito gloriari cum Tertulliano expedit. *Tali dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriamur.* Cum *veritas Domini manet in æternum, nec eſt ſapientia, nec prudentia nec eſt conſilium contra Dominum.*

V. Theſaurus veritatis religionis Chriſti, conſervatur á cætu Fidelium, eandem fidem Chriſti profitentium, eorumdem Sacramentorum communione conjunctorum, ſub Regimine legitimorum Paſtorum, ac Capitis Viſibilis Vicarii Chriſti exiſtentium. Qui cætus *Eccleſia* dicitur. De natura igitur Eccleſiæ, de veris ac genuinis characteribus veræ Chriſti Eccleſiæ, de ejus unitatate, Sanctitate, Catholicitate, ac Apoſtolicitate, ea prælegere conabitur, quæ demonſtrent communionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, omnibus ac univerſis eſſe expetendam: Tandem de Eccleſiæ authoritate in rebus fidei & morum, de Conciliis ae-

wyſzperanego bezwſtydnie, po tylu odpowiedziach, przytacza, wſzyſtko to na tryumf i zwycięſtwo religii obraca ſię. Porównywając albowiem gruntowność dowodów za prawdą, ze ſłabością uporu za bluźnierſtwem niewierney ſtrony Ateuſzów, Deiſtów, Libertynów, albo jakiegożkolwiek cechu bezwiarków, bardzo ſłuſznie godzi ſię chełpić z Tertullianem chlubiemy ſię owſzem, *mówi ón,* z takich wyrocznic potępienia naſzego: gdyż prawda Pańſka trwa na wieki, ani ieſt mądrość, rozſądek, lub rada iaka przeciwko Panu.

V. *Skarb prawdy religii Chryſtuſa przechowywa ſię od zgromadzenia wiernych tęż wiarę Chryſtuſa wyznawających, tychże Sakramentów poświęceniem połączonych, pod rządem prawych Paſterzów i widzialney głowy zaſtępcy Chryſtuſa zoſtających, które zgromadzenie zowie ſię Kościołem. O naturze więc Kościoła, o prawdziwych i iſtotnych charakterach prawdziwego Chryſtuſowego Kościoła, o jego iedności, świątości, powſzechności, to przełożyć poſtara ſię, coby dowiodło, i przekonało, że ſpołeczność Świętego Kościoła Rzymſkiego od wſzyſtkich powſzechnie ſzukana być powinna. Potym o powadze Kościoła w rzeczach do wiary i*

cume-

cumenicis, ac de capite Eccleſiæ, quæ ſcire decet ac expedit, pro præſentibus rerum circumſtantiis, clarè, verè, ac circumſpectè, ut debet, explanabit. Ut quiſq; cognita veritate fidei, ac Sanctitate Eccleſiæ, quæ non interruptis ſæculis depoſitum fidei intemeratè cuſtodit, certus ſit felicitatis ſuæ ac ſalutis æternæ. Dicet etenim intra ſe: exiſtit Deus: Eſt religio. Deus verus ac Sanctus nequit coli religione, niſi vera ac ſancta. Non eſt religio vera ac Sancta, quæ divinitatis genuinos characteres habeat, niſi unica, eaq; Chriſtiana, ergo Deus ipſe me falleret, niſi religio ab ipſo characteribus Divinitatis inſignita, eſſet verè Sancta ac Divina. Hæc eſt immenſa fidelium conſolatio, hoc gaudium, hicq; Triumphus Fidei, ut cum Richardo à S. Victore quiſq; dicat: *Domine, ſi error eſt, à te decepti ſumus: hæc enim tot prodigiis & ſignis in nobis confirmata ſunt, ut non niſi per te fieri potuerint.*

Bibl. Jag.

Hieronymus Stroynowski S. T. ac J. U. Doctor, Juris naturæ,

obyczajów ściągających ſię o Soborach powſzechnych i Głowie Kościoła mówiąc, co wiedzieć przyſłoi i należy względnie na teraznieyſzych czasów okoliczności, jaśnie wſzyſtko, rzetelnie i z przezornością, jak powinien, ſłuchaczóm wyłoży: aby każdy poznawſzy prawdy wiary i świątości Kościoła, ktòry w nieprzerwanych wiekach nauki ſkład nienaruſzenie dochowuje, pewien był uſzczęśliwienia i błogoſtawieńſtwa wiecznego. Rzeknie albowiem w ſercu ſwoim, jeſt Bóg, ieſt religia, Bóg prawdziwy i Swięty niemoże ſię uwielbić, tylko prawdziwą i świętą religią. Niema religii prawdziwey i świętey, ktòraby Bóſtwa prawe znaki miała, tylko jedna, a to Chrześciańſka. Więc Bòg ſam zdradzałby mię, gdyby religia od niegoż ſamego znakami Bóſtwa oznaczona, nie była świętą i prawdziwie Boſką. Ta to ieſt nieporównana prawowiernych pociecha, ta jedyna radość, ten tryumf wiary, iż każdy z Richardem od S. Wiktora mówić ſprawiedliwie może: Panie! ieśli błąd ieſt od ciebie oſzukani ieſteśmy. To albowiem wſzyſtko tylu cudami, i dowodami w nas utwierdzono ieſt, iż nie kto inny, tylko ty ſam ſprawcą tego być mogłeś.

Hieronym Stroynowski S. T. i O. P. *Doktor, Prawa natury, Po-*

Politci, Æconomiæ Politicæ, ac Juris Gentium publicus Profeſſor, Lectiones ſuas inſtituet horîs matutinîs, diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris: cumque annô elapsô biennalem totius ſcientiæ cursum abſolverit, hoc propterea anno ab ipſis iterum elementis initium sumendo, Jus naturæ arctiús sumptum, tum Jus Politicum, dein Æconomiam Politicam, ac Jus Gentium Auditoribus ſuis explanabit.

David Pilchowski S. Theologiæ & Canonum Doctor, Canonicus Livonienſis, Præſes Collegii Moralis, publicus Literaturæ Profeſſor, quovis die Lunæ, Mercurii & Veneris, manè prælectiones inſtituet, in quibus, præmiſſa breviori totius artis oratoriæ expoſitione, præcepta solidioris eloquentiæ explanabit, face præferente tum Cicerone, tum Quintiliano; quorum diligenti obſervatione omnem præceptorum rationem conſtituet. Qua in re eam ſequetur methodum, quam commendat Perpinianus, vir eloquentiâ clariſſimus, qui non malè diſcipulorum rationibus consulere putat eum, qui *Partitiones* primùm, poſt *Topica* interpretaretur, poſtremò duos Quintiliani libros, octavum ac nonum, quibus, quæ de elocutione Cicero in

lityczneg̃o, Ekonomiki Polityczney i Prawa Narodów Publiczny Profeſsor, lekcye swoje dawać będzie rano w Poniedziałki, Srzody, i Piątki: aże w roku przeſzłym dwóletni całey nauki bieg zakończył; zaczem w tym roku od samych znowu początków zaczynając, prawo przyrodzone właściwie, toż Prawo polityczne, Ekonomikę polityczną, i prawo Narodów, ſłuchaczom swoim wykładać będzie.

Dawid Pilchowski *Teologii i Praw Kościelnych Doktor, Kanonik Inflantſki, Prezydent* Collegii Moralis, *Literatury publiczny Profeſsor w Poniedziałek, Srzodę, i Piątek z rana lekcye dawać będzie, w których, przełożywſzy w krótkim zbiorze całą naukę wymowy, gruntownieyſzego i wyżſzego Kraſomówſtwa uſtawy tłumaczyć będzie, za przewodnictwem Cicerona i Kwintyliana, z których pilnego rozbierania cały układ przepisów kraſomòwſkich wyſtawi. W czym takiego porządku trzymać ſię będzie, jaki, ku pożytkowi uczniów, ſławny kraſomówca Perpinian zaleca; aby naprzód przekładano kſięgę Cicerona, którey dał napis*: Podziały *toż* Topica *czyli* kſięgę o wynalezieniu dowodów, *nakoniec kſięgę dziewiątą i dzieſiątą Kwintyliana, w których, co*

pau-

pauca coarctavit, uberiùs & latiùs dicuntur. Explanato itaque libro *Partitionum* annô superiore, ad explanationem *Topicorum* ac duorum supradictorum Quintiliani gradum faciet. Quod si quæpiam in ejusmodi libris dispersa videbuntur, ea colliget & sub unum quasi aspectum subijciet.

His adjunget quorundam veterum Authorum explanationem, præsertim Orationum Ciceronis, Historicorum & Pòétarum; quam (ut discentium mentes doctrinæ vicissitudine & varietate reficiantur ac locupletentur) eruditis animadversionibus illustrabit.

At quoniam omnis institutio atque doctrina sine usu & actione debilis est & manca, ideo, cognita arte dicendi, ad praxim sive exercitationes in umbra atque otio domestico considendas progredietur. Argumenta res Heroum maximè Polonorum, domi militiæque præclarè gestæ, deliberationes graves ad commodum utilitatemque Reipublicæ spectantes; causæ demum, quæ in forum ac judicium veniunt, suppeditabunt.

Quo ad Latini sermonis elegantiam, dabit sedulò operam, ut non tantùm omnia emendatè

o ostatniey części mowy krótko zamknął Cicero, to dokładniey i obszerniey rozwodzi Kwintilian. Po wytłumaczeniu zatym roku przeszłego księgi Podziałów, *przystąpi do wykładania księgi* o wynalezieniu dowodów, *toż dwuch ksiąg Kwintyliana wyżey wspomnionych. A jeśliby w tych księgach zdały się niektóre rzeczy być rozrucone, te ściągnie, i w iedno zebrane przed oczy wystawi.*

Przyłączy do tego tłumacznie starożytnych Autorów, osobliwie mów Cicerona, Historyków i Poetów, które (dla zasilenia i zbogacenia uczniów odmianą i rozlicznością nauk) uczonemi uwagami objaśni,

Ze zaś wszystkie nauki i przepisy bez użycia i ćwiczenia się wątłe są i niedostateczne, przeto, dawszy poznać sztukę wymowy, do praktyki czyli ćwiczeń krasomówskich w ustroni domowey czasów wolnych pisać się mających postąpi. Materyą onych będą chwalebne bohatyrów osobliwie Polaków, bądź na woynie, bądź w pokoju dzieła; poważne obrady do dobra i pożytku Rzeczypospolitey ściągające się; sprawy nakoniec, które przed sąd przychodzą.

Co się ściąga do gładkości języka Łacińskiego, pilne na to będzie miał oko, aby mowa i pismo

dicantur ac ſcribantur, ſed etiam ornatè, graviter, numerosè, ut nihil claudicet, nihil diffluat, nihil fluctuet, ut ſtilus par rerum ac ſententiarum ponderi, lectionem imitationemque veterum redoleat, ſive, quemadmodum de Latinæ lingvæ facundia noſter canit Pòéta:

Ut nunc profundo volvatur alveo
Sententiarum, nunc gracili fluat
Torrente lingvæ * - - - - -

nietylko od wſzelkich błędów i omyłek oczyſzczone były, ale nadto, aby zachowały przyzwoitą krasę, powagę i potoczyſtość; iżby ſię nic nieprzebijało chropawego, rozwlekłego, zagmatwanego: iżby ſtyl w równey ſzali utrzymujący ſię z ważnością rzeczy i zdań, tchnął czytaniem i naśladowaniom ſtarodawnych Łacinników, czyli, jako o języka Łacińſkiego wymowie: naſz nóci Sarbiewſki.

Aby już to zdań ważnych toczył nurt głęboki,
Już mowy ſłodkopłynney wylewał potoki.

Quod etiam patrii ſermonis nitorem attinet, curabit omnia eleganti, polito accuratoque ſermone proferri ac ſcribi, maximè verò cautum ſancitumque habebit, ne, quod non raro viris alioquin eruditis accidit, ex optimis Latinis ineptâ translatione peſſima fiant Polonica.

Co ſię też tycze wyboru Oyczyſtego języka, ſtarać ſię będzie, aby w mówie i piſmie przebijał ſię przyzwoity temu językowi wdzięk, gładkość i doſadność; nadewſzyſtko zaś przeſtrzegać będzie, aby (co ſię poniekąd i uczonym przydarza) naywybornieyſze piſma Łacińſkie nie ſtawały ſię w Polſkim przez złe tłumaczenie naypodleyſzemi.

Poſtremò, ubi res poſtulaverit; diſſeret de librorum ſcriptorumque notitia, delectu, tum methodo eos utiliter legendi, interpretandi, aliiſque ad eruditionem comparandam præſidiis & adminiculis.

Na koniec, gdzie rzecz wyciągać będzie, przełoży uczonych piſma i kſięgi, onych wybor i ſpoſób czytania, wykładania, oraz inne do nabycia potrzebnych wiadomości ſrzodki i pomocy.

Tho-

* Sarbievius Lyr: l. 1. Ode 22.

Thomas Hussarzewski Congr: Miſſ: S. Theologiæ Doctor, Regens Seminarji Diœceſani, publicus Hiſtoriæ Univerſalis Profeſſor, diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris, horis matutinis, rerum a Græciæ populis geſtarum enarrationem, annô ſuperiore inchoatam, & uſq; ad initium belli Peloponeſiaci perductam, continuabit eadem lege, quam ſibi præfixerat, accuratè obſervata; ut ex veterum civitatum inſtitutis ac moribus ad leges ac rationes naturæ revocatis ac æſtimatis, eruantur colliganturq, propria cujuſq; hominis, conſtitionis, & gradûs officia; tum luculenter explicetur, quæſit optima cujuſvis civitatis conſtitutio, quæ earum opes, potentia, gloria, & contra: unde derivetur obſcuritas, impotentia, clades ac interitus regnorum. Ejuſmodi diſceptationibus latiſſimus aperietur campus, cum fuerit ventum ad explicationem Romanæ Hiſtoriæ, quæ mox Græcam conſequetur.

Tomasz Hussarzewski *Congr: Miſs. S. Teol: Doktor, Regens Seminarii Diecezalnego, publiczny Hiſtoryi Uniwerſalney Profeſor, w Poniedziałek, Srzodę, i Piątek zrana Hiſtoryą Grecką roku przeſzłego rozpoczętą i aż do woyny Pelopeneſkiey doprowadzoną kończyć będzie, trzymając ſię założonego od ſiebie prawidła, aby z dawnych rządów i obyczajów roztrząśnionych i rozpoznanych, wedle potrżeb, ſił, i praw natury, były wyprowadzone powinności każdego człeka, ſtanu i urzędu; toż: aby dokładnie był wyłożony układ dobrego rządu, jego pożytki w bogactwach, potędze i ſławie narodu okazujące-ſię; także przyczyny ſłabości Państw, upodlenia, klęsk i ruiny. Tym uwagom nayobſzernieyſze otworzy ſię pole w Hiſtoryi Rzymſkiey, którey wykład wnet po Greckiey naſtąpi.*

BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

ORDO
PRÆLECTIONUM

IN

ACADEMIA
ET UNIVERSITATE VILNENSI

EX ANNO 1785. IN ANNUM 1786.

		IN COLLEGIO PHYSICO			IN COLLEGIO MORALI		
Diebus Dominicis:	*Horis Pomeridianis*	PRINCIPIA ARITHMETICÆ GEOMETRIÆ ET MECHANICÆ OPIFICUM CAPTUI ET USUI ACCOMMODATA					
Die	*Mane*	à media 8. h. ad 9. à 9. ad mediam 11. à media 11. ad 12.	Matheſis Sublimis. Aſtronomia. - - - - - - - - -	Medicina Pract: Mat: Med; Chemia & Pharmaceutica Medicina Theor: Anatomia.	Jus Canonicum. -	Eloquentia & Literatura. - - - - - - - - - - Jus Naturæ. - -	- - - - - - - - - Hiſtoria univ: cum Critica. - - - - - - - -
Lunæ.	*Poſt meridiem.*	à 2. h. ad mediam 4. à media 4. ad 5.	Matheſis Elementaris. - - - - - - - - - :	Chirurg: Theor: ars Obſtetr: Operationes Chirurgicæ.	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -
Die	*Mane.*	à media 8. h. ad 9. à 9. ad mediam 11. à media 11. ad 12.	Hiſtoria Natur: & Botanica Phyſica Experimentalis. Matheſis applicata.	- -	Theologia Dogmatica. Hiſtoria Eccles: Theol: Mor: - - - - - - - - -	- - - - - - - - - Jus Patrium. - - - - - - - - - - - - -	- -
Martis.	*Poſt meridiem.*	á 2. h. ad mediam 4. à media 4. ad 5.	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	Chirurg: Theor: ars Obſtetr: Operationes Chirurgicæ.	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -
Die	*Mane.*	à media 8. h. ad 9. à 9. ad mediam 11. à media 11. ad 12.	Matheſis Sublimis. Aſtronomia - - - - - - - - -	Medic: Pract: Materia Med: Chemia et Pharmaceutica Medic: Theorica, Anatomia	Jus Canonicum. - - - - - - - - - - - - - - - - - -	Eloquentia. & Literatura - - - - - - - - - Jus Naturæ - - - -	Bibl. Jag. Hiſtoria univerſ: cum Crit: - - - - - - - -
Mercurii.	*Poſt meridiem*	á 2. h. ad mediam 4.	Matheſis Elementaris.	- - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -
Die	*Mane.*	à media 8. h. ad 9. à 9. ad mediam 11. à media 11. ad 12.	Hiſtoria Natur: & Botanica. Phyſica Experimentalis. Matheſis applicata.	- -	Theologia Dogmatica, Hiſt: Eccleſias: Theol: Mor: - - - - - - - - -	- - - - - - - - - Jus Patrium - - - - - - - - - - - - -	- -
Jovis.	*Poſt meridiem.*	à 2. h. ad mediam 4. à media 4. ad 5.	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	Chir: Theor: ars Obstetricia. Operationes chirurgicæ.	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -
Die	*Mane.*	à media 8. h. ad 9. à 9. ad media 11. à media 11. ad 12.	Matheſis Sublimis Aſtronomia - - - - - - - - -	Medic: Pract: materia Med: Chemia & Pharmaceutica. Medicina Theorica, Anat:	Jus Canonicum. - - - - - - - - - - - - - - - - - -	Elequentia & Literatura, - - - - - - - - - Jus Naturæ - - - -	- - - - - - - - - Hiſtoria univers: cum Crit: - - - - - - - -
Veneris.	*Poſt meridiem*	à 2. h. ad mediam 4.	Matheſis Elementaris	- - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -	- - - - - - - - - - - - - - - - - -
Die	*Mane.*	à media 8. h. ad 9. à 9. ad mediam 11. à media 11. ad 12.	Hiſtoria Natur: & Botanica Phyſica Experimentalis. Matheſis applicata	Medic: Pract: Materia med: - - - - - - - - - MedicinaTheorica, Anat:	Theologia Dogmatica. Hiſtoria Ecl: Theol: Moral: - - - - - - - - -	Jus Patrium - - - - - - - - - - - - - - - - - -	- -
Saturni.	*Poſt meridiem.*	à media 3. ad 4.	- - - - - - - - -	Chemia & Pharmaceutica	- - - - - - - - -	- - - - - - - - -	- - - - - - - - -

Bibliotheek Delft

Biblioteka Jagiellońska
stdr0018567